

Magister vero, qui nondum biennium suum complevit et exercuerit ex[er]citiu[m] physicorum, habeat quattuor flor. cum medio. Si autem exercuerit aliquod aliud exerciciorum, habeat quattuor flor. et his sit contentus.

Eodem die fuit conclusum, quod in honorem egregii quondam doctoris Ioannis Wagh de Hallis deberet depingi et formari epitaphium, quod et factum est. Etiam exequie celebrabantur. Etiam deberet poni lapis supra tumulum eiusdem, quod et factum est.

Insuper fuit conclusum, quod fieret et ordinaretur anniversarius, qui ordinatus est per me eo modo: Plebanus circa festum sancti Augustini maiores vigiliis cantabit cum suis. Fiet Aug. 28. pulsus more solito. Tres debent celebrari misse. Custos ordinabit ea, que consueverunt per eum disponi in peractione aliqua, et pro singulis decanus debet esse astrictus dare quindecim grossos. Debet quoque plebanus domino decano intimare huiuscemodi peractionem, et si tunc decano et magistris de facultate placuerit, poterint interesse huiusmodi peractioni, sed non debent esse ad hoc obligati. Feria tertia post Undecim milium virginum concordia inter Oct. 23. plebanum et me facta est talis. *

1509 Wintersemester. 201. Decan Iohannes Martini von Sagan.

M 207.
C 43'. Decanatus magistri Ioannis Martini Saganensis, collegii beate Marie virginis collegiati, de nacione Polonorum, anno millesimo quingentesimo nono. Anno domini millesimo quingentesimo nono Sabbato ante festum sancti Galli electus fuit in decanum facultatis arcium magister Ioannes Martini Saganensis, collegii beate Marie virginis collegiatus, de nacione Polonorum. Sub cuius decanatu subscripti electi fuerunt officiales: Oct. 13.

Clavigeri mgr.	{	Augustinus Kirchan Wolfgangus Schindeler Cubitensis.	
Electores decani, executores et visi- tatores mgr.	{	Heinricus Greve de Gottingen Augustinus de Kirchan Nicolaus Appel de Konigshoffen Ioannes Martini Saganensis de- canus	} de nacione { Saxonum Misnensium Bavarorum Polonorum.

* Lectores per facultates theologie et artium deputati fuerunt subscripti:

ad lectionem	{	metaphisice plisicorum et de generacione de anima, de celo et metheo- rorum moralis philosophic veteris artis nove logice perspective communis et Eu- clidis rhetorice poetice	} deputatus est magister	{ Nicolaus Apel de Konigshoffen Wolfgangus Cubitensis Christophorus Schappeler Andreas Hunt Magdeburgensis Blasius Mitwedensis Franciscus Hennichen Conradus Togkler Andreas Delicianus Ioannes Rottenburgensis
--------------	---	--	--------------------------------	--